pediri, vel abſolui, ſtatuitur, vt duo Cōmiſſarij Generales ſēper reſideāt in illis partib9, vnus pro Prouincijs Noue Hiſpanię, alter vero in Prouincijs del Peru: iſti vero Cōmiſſarij erunt conſtituēdi per Miniſtrū Generalē. Pręcipitur vero, vt prędicti duo Cōmiſſarij non poſſint ab illis partibus recedere, ſine expreſſa licentia Generalis Miniſtri, aut ſui Commiſſarij Generalis Indiarum, ſed teneantur expectare viſitationem, inibi de ſuis officijs, & perſonis faciendam.

¶ Statuitur preterea, vt prędicti Cōmiſſarij, nō ſēper hęreant vni loco, & Prouincię: ſed per ōnes Prouincias ſui diſtricti circumeāt, viſitēt, moneāt, & corrigāt, & paſtorale officium [vultum pecorum inſpiciēdo] exerceant.

¶ Si vero contigerit, ꝙ Cōmiſſarij Prędicti moriantur, interim ꝙ prouidetur, tenebit ſigillum, & ſcripturas, Miniſter Prouincię, in qua mori cōtigerit: & prędictus Miniſter abſoluet negotia occurrētia, & habebit plenitudinem poteſtatis: ſed prędictus Miniſter tenebitur ſtatim, cum primum opportunitas occurrerit, certiorem facere Miniſtrum Generalem, vel eius Commiſſarium in curia reſidentem, de obitu dicti Commiſſarij.